

Acta sunt hæc anno dominicę incarnationis M̄C̄XLI, indictione III, regnante Cûnrado gloriosissimo Romanorum rege anno III, regiminis nostri anno XIII; data Wirciburg v. kalendas iunii conventu principum publico.

## 150.

*Erzbischof Adalbert II. von Mainz antwortet seinem Vetter, dem Landgrafen Ludwig von Thüringen, 5 daß er gegen den Abt von Reinhardtsbrunn, welcher sich ungehorsam gegen die Kirche erweise, vor den geistlichen Richtern verhandeln lassen wolle.* **1138 April bis 1141 Juli 17.**

*Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 20. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 33. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXVI, 46.*

*Anm.: Es ist wohl Adalbert II., der 1138 April bis 1141 Juli 17 Erzbischof von Mainz war.*

10

A[dalbertus] dei gracia Mog[untinus] archiepiscopus karissimo cognato suo L[udovico] provinciali comiti Thuringię precordialem dilectionem et gratie suę plenitudinem. De abbate Reinheresbrunnense, pro quo litteris tuis nos attentius commonuisti, breviter tuę dilectioni respondemus. Hos et locum et personam tum pro debito nostri officii tum et pro tua et parentum tuorum debita reverentia diligimus et fovere et ampliare et omnibus modis 15 defendere et manutenere curabimus. Sed quia idem frater, sive ex deliberatione, sive magis ex animi subita commotione, procaciter et inobedienter in facię ecclesię nobis restitit et se ipsum per inobedientię notam commaculavit et alios malo exemplo infecit, volumus super hoc rationabiliter et tamen clementer priorum nostrorum iudicio et religiosorum hominum consilio agere et, ne talis presumptio in consuetudinem veniat, precavere et cum predi- 20 lectione tua hæc omnia temperare et tuo et ipsorum fratrum consilio communicato concorditer et amicabiliter totam causam terminare, cum tamen sano consilio acquiescere voluerint.

## 151.

*Landgraf Ludwig ersucht die Aebtissin M. von Drübeck, ihm seine Schwester zurückzuschicken. 25 [1140 bis Mitte 1141.]*

*Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 20<sup>b</sup>. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1,34.*

*Anm.: Ludwig II. wird Landgraf 1140, am 18. Okt. 1141 ist Judith Aebtissin zu Quedlinburg. Jacobs, Drübecker Urkundenb. 10.*

30

M. sancte Trubenkensis congregationis abbatissę religioę preposito cunctęque venerabili congregationi L[udovicus] provincialis comes Thuringię servitium suum cum sincera dilectione. Si ulla mea servitia, quę nunc ad memoriam possem reducere, precessissent, deo gratias agerem, sed, quia hæc exigentibus peccatis meis vel pauca vel nulla sunt, contristor. Confido tamen vestrę pietatis clementiam mihi vestris imperiis nunquam 35